



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum  
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de  
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

**Albertus <de Padua>**

**Vlme, 1480**

Secunda pars

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30888**

## Sermo

eū die 3<sup>o</sup> prior inuenis. venit inq̄t dñe abbas eam<sup>9</sup> ad dei iu-  
diciū. surrexit ille de lectulo a mēbris infirmis sequebat̄ ange-  
lum cuiq̄ ad mediū domus uenisset nō se tenens p̄ debilitate ce-  
cidit retrosum a fractis ceruicibz emisit sp̄m qui statū ad dei est  
rapt<sup>9</sup> iudiciū nā ut dicit̄ Xu. i. h̄mone inoaccētū hac q̄ p̄pe anim  
aduersione impius p̄cutit. ut moriēs obliuiscat̄ sui. qui dū ui-  
ueret oblit<sup>9</sup> ē dei q̄ dū tps hēm<sup>9</sup> opem bonū ē. Secūda pars  
Secūdo cū dicit̄. Mit aut̄ villicus ē. ponit remediū  
ad fugiendū dēnācem. a tria facit. p̄mittit em̄ mē-  
tis anxietas: ait aut̄ villicus intra se: intra se loquit̄  
quia nullū in casu isto inuenit amīcū quē d̄sulat: quid  
faciā qz dñs me<sup>9</sup> aufert a me villicatōez. cris. fidel̄ disp̄sator q̄  
de p̄pa disp̄nsatōe d̄fidit. desiderat cū paulo dissolui. et eē cū  
x̄po. is autē cuius sūt vota terrena anxiat̄ in exitu. Job. 31. qd̄  
faciāz cū surrexerit dñs ad iudiciū. et cū q̄sierit quid r̄ndebo ei:  
fodere nō valeo. Cris. impotentē esse in ope crimē est vite in her-  
tis. nō em̄ timeret si d̄sueuisset affectare labores. duobz aut̄ mo-  
dis indigēs potest acq̄rere necessaria aut opando qd̄ iste nō po-  
terat. vñ dicit̄. fodere nō valeo aut medicādo qd̄ iste erubescē-  
bat. vñ subdit: medicare erubescō: qz aliis ipse largiri d̄sueue-  
rat. Seneca nihil inq̄t carius emitt. q̄ qd̄ p̄sibz impetrat. If  
Considerandū est. qz in alia vita nec anima potest bona opari.  
quibz adiuuet̄ ad gl̄iam. nec ipsa bona potest ab aliis mendi-  
cādo impetrare. opari quidē non potest. quia tps vite p̄ntē  
compatur estati. alia uero vita similis est hyemi. in qua q̄libet  
accipit quod estate acquisiuit. p̄pter quod piger hominē hor-  
tatur salomon Prouer. 6. vade ad fornicāz o piger. a discē sa-  
pienciā. que cum nō habeat ducē ac p̄ceptorem parat estate di-  
bus sibi. vñ Cris. vita p̄ns hēt exercitiū mādatoz. futura uero  
solatiū. si nihil opatus es hic. frustra in futurū speras. Nec po-  
test aīa medicare in alia vita. qz nō dabit̄ ei. hui<sup>9</sup> signū sūt fari-  
virgines que petētes oleum a prudentibz repulse sunt. sed nec  
diues epulo medicās guttā aq̄ recepit. ahi etiā uolētes ingredi  
nuptias celestes. cū rubore uicti sūt dicit̄ x̄po. amē dico uobis  
nescio uos. Itē nec emere pō tūc uitā eternā. qz nec habet vñ  
emat nec est ibi venditor. Itē nec pōt accipe mutuo. Itē nec al-  
teri cambire. unde Criso. quilibet suā auersationem ut tunicāz  
induit non est eam exuere. nec alteri cambire. hec igitur et cau-  
sa quare erubescendū est in alia uita medicare. quia nō datur  
medicātibz. siue em̄ i aliq̄s petat do no elemosine siue p̄tio. siue



cambio siue mutuo nō dabit ei. Proū. 20. ppter frigus piger arare noluit. medicabit ergo estate et nō dabit ei. h̄ nec anime in alia vita p̄ficiet p̄ sanctorū p̄uocatiū. Tribus em̄ modis aliq̄s p̄uocant̄ i causa. s. aduocōe. ibi vō null⁹ erit aduocatiōis loc⁹ Ihe. 15. si steterit moyses et samuel corā me. nō est aīa mea ad ppl̄m istū. istos duos noīat. qz in causa ppl̄i sp̄ fuerūt aduocati et mediatores. et subdit. ecce illos a facie mea et egrediant̄. qz si dixerit ad te. q̄ egrediem̄. dices ad eos. hec dicit dñs. q̄ ad mōtem ad mortē. et qui ad gaudiū ad gaudiū. et qui ad famē ad famē it̄. Scdo p̄uocant̄ in causa amicitia et sanguinitas. qñ reus est amic⁹ vel sanguine⁹ amicorū iudias. h̄ in alia vita tale p̄uocatiū nō hēbit. qz nullus sanctorū amicos vel sanguineos poterit liberare. Ecce. 9. Si fuerint tres viri isti in medio p̄tōrū Noe Daniel et Job ipsi iusticia sua liberabunt aīas suas. viuo ego dicit dñs qz nec filios suos nec filias liberabūt. 3. in causa reo p̄uocatiū p̄stant p̄ces amicorū et potentiū. h̄ nec istud hēbit locū in alia vita. qz om̄es orōnes sanctorū simul iuncte nō liberarent vnā aīam ad infernū damnatā. Die. 7. noli orare p̄ populo hoc. nec assumes p̄ eas laudē et orōnē. et nō obstitas mihi quia nō exaudia te. erubescendū est ergo in alia vita sanctorū p̄uocatiū medicare. qz nō obtinent̄. Et Scdo ponit villici sagacitas: scio quid faciam: qz anteq̄ tollar a villicatiōne debita relaxabo debitorib⁹ dñi mei. et distribuā eis de facultatib⁹ eius vt cū amotus fuero a villicatiōe: p̄ sniam mortis quilibet a villicatiōe amouet. recipiat me ip̄i q̄b⁹ relaxaui debita et facultates tradidi dñi mei: in domos suas: vt nō cogat fodē. a medicare puidit igit iste villicus requiē post apletā villicatus officiaz: non laborādo nec menducando. sed potius bona sui dñi distribuendo. Vbi cōsiderandū est. qz vt supra dictū est. tres ville cōmissae sunt hōi. corpus. s. mūdus et anima. quaz fructus debet dispensare ad honorē dei. corpus namqz suuz debet distribuere. in ieiuniis vigiliis et ceteris laborib⁹ p̄ deo assumptis. et sic bona corpis optime erunt dipeusata. Si vero corpis labores sustinere non posset. q̄admodū et hic villicus dicebat. fodere non valeo. salte bona aīe que sūt amor cognitio et memoria. ita distribuatur orando meditādo de lege dei et cunctos etias iūmicos amando. vt orationibus sibi recompensetur. Quod laboribus efficere non potuit. qz si rursus etiam orare erubescit. Vt potest quia nescit quemadmodum et hic villicus aiebat: mendicare erubescit: qui enim orat mendicat. petit enim suffragium tunc

*Quid igitur faciendum. an  
abstinēdo a mūdus. an de  
sperandū. an clauso do  
mō. sero p̄mittenda e  
anfigenda. fieri labo  
rem q̄ quis vorat frequ  
enter. Mem̄. f̄cū  
dū quod villicus fecit  
et dñs. prudētia r̄ra ma  
te mutare in sp̄m̄  
sem sapientia q̄uia dō  
prop̄m̄. ut nescit para  
dola hat. ut ut eius affi  
nam sequamur. Declara  
tō. sed vāris s̄p̄m̄  
lōis vt velle f̄cū  
gēlū. q̄ talis f̄cū  
dō. et alia r̄tēta. qz*



## Sermo

certe nō restat nisi q̄ p̄uideat sibi talit̄ de bonis tercie ville dñi sui. s. de bonis t̄palibz. elemosinas largiendo. q̄ talis dispensatio omnē defectū excuset corpis ⁊ anime. vnde Dan. 4. peccata tua elemosinis redime. ieiuniū em̄ quod est distributō bonoz corpis. et oīo que distribuit bona aie. atq̄ elemosina que distribuit bona mūdi sunt opa quibz habet̄ vita eterna. h̄ elemosina supercedit. t̄ho. 12. bona ē oīo cū ieiunio ⁊ elemosina magis ē. Tercio ponit̄ exrogatā consilii executio: conuocatis itaq̄ singulis debitoribz dñi sui: debitozes appellat qui debent dño annūarios redditus p̄ bñficijs ⁊ possessionibz noīe ipsius reuētis: dicebat p̄mo. q̄ntū debes dño meo. at ille dixit. centū cados olei: Beda. cados grece amphora est. quā vulgari ter barile dicim⁹. atinēs tres vinas: dixitq̄ illi: accipe cautōz tuā. cautio est cūrographū siue cartula debiti manu debitoris scripta. in qua p̄fiter̄ se esse debitorē alicuius. et ipam cartulaz nō retinet debitor. sed tradit eam dño. omnia vero iura dñi et cartas h̄bat villic⁹ iste penes se. ⁊ iō potuit tradē eas debitoribus: et sede cito et scribe: de manu tua sicut et priorē scripturam manu tua scripseras: quinquaginta: dimidiā p̄ez annualiū reddituū ei dimisit: deinde alij dixit. tu vero q̄ntuz debes. qui ait. centū choros tritici: Cho. 30. modios atinet. ⁊ est onus calamitatis: ait illi. accipe literas tuas: q̄s prius tuis manibz notasti. et scribe octoginta: q̄ntā p̄tem debiti relaxauit.

Tercia pars.

Edo amendatur villici prudentia ad nr̄am eruditionē. cū dñs ⁊ laudauit dñs ē. 1. amēdat villici dñs: ⁊ laudauit dñs villici iniquitatē q̄ prudent ⁊ sagacit̄ fecisset. Nota q̄ nō laudauit eum de fraude facta. h̄ de prudentia qua sibi puidit in posterum. e contrario ergo vt dicit. Aug. ista similitudo intelligēda est. si em̄ laudari potuit. qui in fraude fecit prudentiā. multo amplius placet deo. qui fm̄ eius impium ista opa faciūt. vel alit̄. laudat̄ opus villici. nō in se h̄ in suo sigficato. q̄cquid em̄ h̄emus est dñi dei nr̄i. vñ si de bonis dñi nobis collatis largiendo elemosinas p̄uideam⁹ in postez. laudamur ab ip̄o. vel alit̄. nō amēdat dñs absolute prudentiā villici sed in opatione ad prudentiā sc̄toz. q̄ prudentior fuit ad fraudem q̄ iusti ad iusticiā. et h̄ est qd̄ subdit: q̄ filij huius seculi ⁊ amatores mūdi. prudentiores filijs luc̄. filio luc̄ sc̄tos appellat quoz opa nō sūt i tenebris. h̄ in lumie gr̄e. in generatōe sua sūt. ⁊ in secularibz ad que vident̄ geniti prudentiores sūt. Orig. filij seculi hui⁹ nō sapiētiores h̄ prudentiores dicunt̄ filijs luc̄ ⁊ hoc